



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsqve Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Quòd perfectio ob summam sui dignitatem ab omnibus sit excolenda. Cap.
xxxvij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

grediente sacerdote tabernaculum aures vniuersorum astantium pulsabat. Sacerdos, cui mystice vestis ista confutur quisque perfectus est, cuius totum munus in hoc profecto consistit, ut Deo, non sacrificia taurorum, aut virilorum, sed suometipius offerat, & in altari cordis quicquid carnale est, charitatis igne consumat. Vestis autem eius hyacinthina ad talos usque de missa, cœlestis est eius conuersatio, ut ait Beda, quæ pedes sacerdotis operit, dum perseverans est, & finem vitæ viri perfecti contingit. Illi enim dicitur: Esto fideliſ usque ad mortem, & dabo tibi cororam vitæ;] & ne istam coronam eternam vitæ perdat, usque ad mortem in bono perseverat. Extremitas huius vestis, finis ipse est sanctæ & cœlestis cōversationis, quæ nō in genib⁹, aut in cruribus, sed in pedibus finitur, quoniam ad finem usque vitæ perdurans, in aliā meliorem conuersationem committatur. Sed vide quid ex hac extremitate sue ora dependeat: Certe mala punica, & tintinnabula, quæ iucundam & sanctam perfectorum memoriam designat. Tintinnabula nāque sonant, & ad efferenda lumina, & ad vindēdam vestem sacerdotis, & mali punica nos provocant. Et dum verba, quæ vitam perfectorum tractant, audimus, nihil aliud interni oculis, quā sanctissimam quandam vitam, & cœlestia desideria, charitatis opera, & purissimas omnium virtutum actiones aspiciimus. Quibus & ad laudandos sanctos ipsos, & (quod præcipuum est) ad laudandum Dominum sanctitatis auctorem, & omnis perfectionis datorem permouemur. Quis enim alicuius perfecti viri vitam & actus considerans, non clamet cum Davide: Generatio & generatio laudabit opera tua; & potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loqueretur; & mirabilia tua narrabunt. Et virtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiae suavitatis tuae eruabant; & iustitia tua exultabant:] Verè, Domine omnes gentes, omnésque nationes opera tua laudant, & potentiam tuam prædicant, illa scilicet opera præcipue, quæ in sanctis tuis facit, & illam potentiam, quam in mutatione, & emundatione, cordum eorum ostendit. Narrant, inquam, illam imminensam magnificentiam, qua dilectos tuos è vinculis rerum mundanarum erexit, sanctitate multiplicatas, & mirabiles aquarum cœlestium cursus, quibus illos emundas. Explicant quoque non sine ingenti admiratione tuorum operum fortitudinem, quoniam perfectorum opera (& illi quidem, quod ad naturam attingit homines sunt imbecilles), vitia destruit, peccata consumit, dæmones fugas, & solo conuento humacionum exterres, & te verè magnum: qui pusillis ingentia potes, apud omnes manifestas. Memoriam huius eximiae potentiae, & suauissimæ misericordia omnium eructant, & id nimis viliter, quia dum horum operum recordantur, ad tuam iustitiam conseruantur, dum interius exultant. Est ergo, Domine, perfectorum memoria gloriæ, honorificæ, atque proficiæ gloriæ, quia tibi sanctitatis datori gloriam tribuit, honorificæ, quia perfectis honorem sempiternum parit: & proficiæ, quia in nobis desiderium imitatiū progignit. Perit memoria impiorum cum sonitu,] at sanctorum memoria in æternum durat: quam sancte perfectio- nem excolentes, habebunt: qui vero operibus luti & lateris, id est, actionibus mundanis querunt, nullatenus consequentur.

**

Apoc. 2.

Psa. 144.

Psal. 9.

A Quod perfectio ob summam sui dignitatem ab omnibus sit excolenda.

C A P. XXXVIII.

MNIA, quæ in superioribus dicta sunt, manifeste confirmant summam esse perfectio- nis dignitatem, quam vniuersi homines ide- barent appetere, & nequaquam in solo appetitu, ac desiderio consistere, sed ultra ad exercitationem omniū virtutum progreedi acniti, mediis illis tamquam instrumentis hanc pretiosissimam gemmam sanctitatis comparare. Nam si pro mundi dignita- bus infatigabili studio laborant, quanto vtilius erit illis, pro dignitate perfectionis laborare, quæ non solum in hoc seculo & ad paucos dies, magnos & honorabiles reddet, sed etiam in futuro, atque in regno Dei, & in æternum, & apud Deum & An- gelos eius, claros & glorioſos efficiet? Omnis dignitas huius ſeculi exilis & pusilla est, quæ sero incipit, & citò euaneſcit, & quandiu durat, ambiguis & implacabilibus curis mentem sub eagementis di- cruciat. Est quidem pusilla, quia ad paucos, aut in paucis rebus suam potestatem extendit. Quid enim possunt reges, aut Prælati præcipere, quod non pa- rum sit, cum totum illud sit exterius, & ad actus interiores mentis nequaquam eorū dominatio pro- cedat: & quicquid ipsi præcipiunt, inde vim habet, quia à vera virtute præcipitur: aduersum quam si aliquid iubent, nullo modo ad præstandum sub- ditos ligant? Sero quoque dignitas mundi incipit. Quot enim annis expectandum est, vt quis ad ali- quam potestatem ascendat: quantum laborandum, & vigilandum, vt aliquem splendorem in republi- ca acquirat: & quantos vidimus, in quorum domos dignitas, & mors simul ingressa sunt, & dignitas non ad dignitatem contulit (sed ad immensam tri- fuitam subintravit? Cito etiam discedit; quoniam aut temporalis est, & tunc elapsis paucis annis finem accipit; aut perpetua (sic enim mandax faculum aliquas dignitates vocat, eo quod tota vita non ceſſent (& hæc in morte hominem inglorium, & nu- dum, & multis scrupulis implicatum derelinquit. Ac tandem ista dignitas non tam refrigerium est, quā tormentum illam habentis, qui sapientissime pro- prie necessitatī, & imbecillitatī ferire non potest; qui dum manducandum effet, ieunat; dum dor- midendum effet, vigilar; dum paulandum, elabo- rat; qui edacibus curis discepitur, tristitia affligi- tur, & supra vires laboribus oneratur. At dignitas perfectionis magna est, & (vt ita dicam) ampla quæ ſi volumus, citò incipit, & numquam nos defert, & sanctissimis voluptibus nos ipsos illinit. Quis enim eius magnitudinem poterit explicare, quæ omnes cogitationes, omnia desideria, omnia verba, & omnia opera mentis nostræ componit, & Deum nobis propitium, Angelos benevolos, homines amatores, & omnes creaturas subditas redi- dit? Quis eius citum aduentum exprimer, quæ fa- cilè viderit ab his, qui diligunt eam, & inuenit ab his, qui querunt illum?] Præoccupat, qui le concu- piscunt, vt illis se prior ostendat, & si virorum & senum corda diligunt, consortium adolescentium, imò & puerorum, & virginularum non erubescit. Quis eius perpetuitatem declarat, quæ usque ad mortem virum perfectum sequens, cum carnalibus oculis vi- detur secedere, tunc crescit, tunc fit ipsa omnino per- fecta, tum mentem fortius afficit, & inseparabilis aſtingit? Quis tandem eius dulcissimum conuictum

Sapien. 6.

eloquatur, quæ nos laboribus eximit, curis liberat, & inter tot huius vitæ molestias vitam iucundam, quietam, & conuersationi cœlesti assimilem tribuit? Et illam dignitatem suspirant homines, illam querunt, illam emulantur, illam amplectuntur, illam, si possunt, augent, illam, ne discedat, ambabus manibus tenent, fugientem consequantur, labentem erigunt, & hanc perfectionis dignitatem celissimam tot nominibus gloriosam, tot insignibus titulis honoratam, nec possidere, nec promouere, nec imitari, nec querere, nec cupere, nec cogitare procurant; quid est hoc, nisi fatuas & insania stultissima? Quamnam ob causam aliquam facili dignitatem inquirunt? An quia illos diuitias facit, & ad rerum temporalium abundantiam confert? sed perfectio est thesaurus incomparabilis, cui omnes mundi opes seruuntur; & qui le habentes cœlestibus diuitiis, & supernis bonis multiplicat. An quia honore & reuerentia prosequitur? Sed perfectio honorem amplissimum defert, & viros sanctos ab omnibus honorari facit, & ante illos omnem principum & regum honorem prosternit. An quia umbra deliciarum inficit? Sed perfectio non tam voluptatibus plena, quam ipso sanctissima voluptas est, qua mate conscientia sedat, fluctus desideriorum tranquillat, & delicias Angelorum, quas in Dei cognitione & amore omnis vera sapientia constituit, è colo in terram aduehit, & in mentes perfectorum inuehit. An quia ipsa dignitas per se digna est, quæ appetatur? demus hoc gratis, quod verum non est. Sed perfectio seipso honestissima; seipso pulcherrima, quæ huius vitæ est summa felicitas, quæ nos Deo amicos, Dei filios efficit, quæ nos unum spiritum cum Deo facit, quæ magis erit digna, quæ ab omnibus exoptatur? Si ergo delectamini sedibus, & sceptris, & reges populi, diligite sapientiam, ut in perpetuum regnetis.] Hæc enim sapientia aut perfectionis dignitas velras dignitates stabilit & firmat: ideo namq; non cadunt, quia sunt in mundo virtuisti, & sancti, qui Dominum placant, ne in nos peccatores eius indignatio deficiat. Et si perfectionem colueritis, regnum, & dominatio vestra nullum videbit finem, quia post hanc vitam, in qua cum labore regnatis, in futura cum summa tranquillitate regnabitis. Regnabitis, inquam, non soli vos, sed quotquot perfectionem amauerint, & secundum normam illius suam vitam instituerint. Quia hoc habet perfectio, ut principes, & reges ad maiorem dignitatem extollat, & pauperes, ac seruos in dignitatem regiam, & in filiorum Dei statum adducat.

Eò autem hæc præstantissima perfectionis dignitas, maiori conatu à viris spiritualibus appetenda est, quam à saecularibus quælibet dignitas humana, quod illa sit Dei beneficio velut homini proprio, & hæc aliena ac quasi exterius ascita. Quisque vero maiorem solet curam apponere, & vigilantiori conatu nervos intendere, ut perditam dignitatem recuperet, quam ut nunquam à se habitam, nec debitum sibi acquirat. At dignates temporales esse extraneas hominibus ex eo perspicere potest, quia omnes nudi; & pauperes nascimur, & nullus est, qui ab ipso conditione sua, aut diuitiis abundet, aut inter alios excellenter alicuius dignitatis emineat. Nudus egredens sum de vico matris meæ, ait Iob, & nudus reuerterat illuc.] Sed & ille magnificus rex, qui diuitias, & gloriam talem accepit, ut nemo fuerit similis ei in regibus cunctis retro diebus, ait suum natale veribus edicens: Et ego natus accepi communem ærem, & in simili terram factam decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans: in inuolumenit nu-

A tritus sum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit naturitatis initium.] Dignitas vero gratia, & perfectionis velut propria est, quia ab initio nostra natura nobis dono Dei data, nobiscum nata, & cum ipsa natura humana enutriat. Nam quis nec hominem, secundum veriorem Theologorum sententiam, in gratia fuisse creatum, & sanctum, ac perfectum fuisse à Deo conditum; qui filios gratia, & iustitia ornat, generaliter, si in data sibi reætudine permanenserit? Hanc dignitatem communis humani generis pater, per inobedientiam sibi, & nobis perdidit, & quicque post baptismum in crimen incidentis, restitutam sibi cædem gratia dignitatem amitterit. Quæ ergo dementia hominum est, ad fucatas & caducas, & sibi non debitas huius facili dignitates aspirare, & hanc verissimam dignitatem, & perpetuam, & maximam, & velut propriam postmittere? Finge obsecro, ut hanc hominum cætitatem intelligas, esse quædam adolescentem filii magni regis, & hæredem regni, qui facili negotio possit regnum patris, à quo pulsus est per iniuriam, iterū accipere, & cum magna gloria regnare. Si iste sapiens sciens, & regiam tuam proficiam agnosceris, regnū illud debitum sibi contemneret, & in paruolo rusticoru vico ad iudicis potestatem annuam anhelaret, nonne illum stultum putares, & tamquam infantū & amentem sperneres, qui ridiculam potestatem, & post annum finiendam ambiret, & maximam dignitatem, illamq; per totam vitam, duraturam pessundaret? O homo, o religiose, si forte religiosus es, qui hæc scripta reueluis, tu es ille vir, qui in hanc stultitiam incidis, & hanc rem sanè detestandam committis. An non tu es filius Adæ, qui sibi, & tibi gratia & perfectionem perdidisti? An non (quod sine dubio plus est) tu es filius Christi, qui omnibus filiis Adæ (quoniam ad se pertinet) gratia & sanctitatis dignitatem recuperauit, & eā veluti in propagulo expoluit, ut quisque homo ad eam gratia adiutus, facilis negotio rediret? Quare ergo annuas aut triennes dignitates ambis? quare honores vanissimos sequeris? quare ineptas laudationes auctoraris? quare tuo statu nō debitas cömmoditates inquiris? Imò quare virtuté proteris, iustitiā deseris, perfectionē derelicas, sanctitatē, & anima puritatē, ad quam vocatus es, obliuisceris? Certe tu es filius gehenna, homo vanissimus, atque stultissimus, qui iuxta vanitatem tuam inanes honores amas, & verissimum honorem, ac maximam dignitatem sanctam & perfectionis aspernas. Certe ab omnibus deplorandum es, qui tanta paupertate fordes, qui in tanta miseria rides, & in tanta calamitate constitutus non sensis. Supra mortuum plora, inquit Ecclesiasticus, defecit enim lux eius: & supra fatus plora, defecit enim sensus.] Supra quæ tristius plorabimus, o sapiens vir? An supra mortuum, quem non solus sensus, sed vita quoque reliquit? Imò mihi vide tur magis plorandum esse super facuum, quem miserabilis fors, si nō vita priuavit, at quasi in bestiæ rationis expertem communavit. Et animus carne solitus pro natura sua cœlestia & terrena discernet, at corpori hominis fatui alligatus functiones mentis exercere nō poterit. Ploremus ergo te supra mortuū, o tepide, o bonoru spiritualium, & gratia dilapidator, qui Dei similitudinem fecisti, vitam spiritualem pro carnali, cōmutasti, pro falsis honoribus, contra ius & fas acceptis verū honorē perdidisti; & adeò sensus hominis fugit à te, ut hoc malū non sentias, hæc calamitatem non desreas, & hanc miseriā miseriā, scilicet vitam tepidam, & segnem volens, & libens admittas.

Nos igitur, q; in hoc natūsumus, ut Deo largissimo remuneratori letiūmus, & in hoc ad vitam religiosam vocati, ut perfectionis dignitatē cōfitemur, adiicia-

D.Tho.1.
P.2.95. ar.
I.q.100.
ar. x.

Sapien. 5:

Iob 7.

3. Reg. 13.

Sapien. 7.

Eccles. 12

Leuit. 2.

Cass. lib.
4. de inst.
6. 28.Mat. 20.
Luc. 12.

Prov. 24.

Matt. 6.

Jacob. 1.

mus muliebrem animum, & vites masculorum in-
duamus, vt dignitas hæc fortibus præparata ad nos
pro ea defudantes adueniat. Memores sumus, holocau-
stum Domino offerendum masculum esse debe-
re,] & illi in altari orationis animum masculum, &
virile literum, ne si fœmineus & pusillanimis fuerit,
manus sacerdotis Chrusti illum cum indignatione ex
altari proiciat, & non ignis perfecta charitatis absu-
mat. Non altorum concordia nos à sancta institutione
retrahatur, nec tepiditas à cura omnis mortificationis &
virtutis abducatur, quia paucorum more viq̄uedum est,
si eam dignitatem adepti sumus, ad quam pauci, &
selekti, & fortiter dimicantes peruenient. Conside-
ra, inquit Cassianus, de paucis & electis effectum,
& ne exemplo, ac tempore multitudinis refrigeras,
sed viue vt paucis, vt cum paucis inueniri mercaris in
regno Dei. Multi enim sunt vocati, pauci vero ele-
cti.] Et pūfillus est grec, cui complacuit Patri hære-
ditatem dare.] Si autem scire auemus, qui sunt isti
pauci, more quorum est viuendum: Illi sunt Apostoli,
illi martyres, illi confessores, illæ virgines, illi
omnes sancti, atque perfecti viri, qui nos præcesser-
unt, aut nunc viuentes in terra circundant. Illi sunt
præcipuū, qui nos in Christo genuerunt. Franciscanus
Franciscum videat, Dominicanus Dominicum
aspiciat, Augustinianus Augustinum sequatur, So-
cius Iesu ipsum Iesum Christum, cuius militis no-
men dedit, & antesignanum eius Ignatium imite-
tur. Detegemur vitam tepidorum, & qui sub habi-
tu paupertatis, & humilitatis, diuities fieri cupiunt,
dum nullam necessitatem patienter sustinent, & dum
in mundo splendere curant, magni videri volunt. Et
sequamur non habitu tantrum, sed vita illorum vi-
tam, quæ nobis vt cibus optimus & suauissimus in
mensa religionis propositus est, vt eum meditatio-
nis dentibus conteramus, affectibus deglutiamus, &
in nostra opera commutemus. Comede fili mi mel,
ait sapiens, quia bonum est, & fauum dulcissimum
gutruis tuo.] Sic & doctrina sapientia animæ tua,
quæ cùm inuenieris, habebis in nouissimis spem, &
spes tua non peribit.] Vita patrum nostrorum est
mel, quia eius memoria suauissima est, & sapor, siue
imitatio dulcissima. Hæc nobis in mensa religionis
apponitur, dum mens nostra exemplis perfectorum
eruditur, & monitis Prælatorum acceditur, & le-
ctione regularum ad eorum sequelam & imitatio-
nem inuitatur. Comedamus hoc mel, quia reuerabo-
num est, & nostro cordi salutiferum, quia dulcissi-
mum est, & palato considerationis suauissimum. Com-
edamus, inquam, illud, & vitam patrum nostrorum
sequamur, quæ in hora mortis dabit nobis certam sa-
lutis spem: quæ nequaquam nos decipiet, sed in po-
fessionem illius rei, quam sperabamus, deducet. Ne
autem putemus nos posse, & hunc suauissimum ci-
bum comedere, & simil cibum mundi, & commodi-
tates sæculi devorare, qui hic cibus sine dubio nos
fœderat, & immundos ac impuros reddit, comeilio au-
tem ciborum sanctorum immūdis verita est, & mar-
garita porcis denegata. Nemo potest duobus domi-
nis seruire,] quomodo ergo poterit uno ore, quod to-
to corpore angustius est, & simplicius, calice salutis,
& calicem dæmoniorum bibere, & cibum sanctitatis,
ac cibum damnationis elistare? Vir duplex animo in-
constans est in omnibus viis suis.] Quis est hic, nisi
qui affectus suos in rebus simul diuinis & profanis
ponit, & uno corde, scilicet uno affectu, nunc spiri-
tualia sectatur, & alio corde, scilicet alio affectu, statim
terrena cupit, & vana conquirit? Hic inconsistans
est, & instabilis in desideriis suis, & sicut venator,
qui duas simul feras insequitur, nullam capit, ita qui

A spiritualia, & carnalia captare intendit, utramque
amittit.

Operemur non cibum qui perit, sed qui perma-
net in vitam æternam, quod profectio faciemus si vi-
tam & mores tepidorum fugerimus, & seruorem
sanctorum patrum nostrorum coluerimus, si terrena
omnia, dignitates, comoda, & delicias, ac res super-
fluas despicerimus; & cœlestia, humilitatem, pau-
pertatem, & corporis ac mentis puritatem fuerimus
amplexi: Sed heu, dum illa, quæ non prosum, queri-
mus, quæ nobis in hac vita, & in futura vita sunt,
& honorabilia, imprudenter amittimus. Et dum sa-
pientes sumus, ea sapientia, quæ stultitia est apud
Deum, qua terrena, & parvus & promouemus, in-
sipientissimi efficiunt, & sapientiam cœlestem de-
struimus, & lapidamus. Sinistrum latus, id est, cor-
pus, cui à Domino de necessariis satis in religione
proutsum est, supervacuis commodis velut tegu-
mentis protegimus; & dextrum latus, nempe men-
tem, ò lugenda stultitia! nudam & telis hostium ex-
positam derelinquimus. O quæ graphicè Bernar-
dus describit mores nostros, dicens: Quantos inue-
nire est, fratres, ex his quoque, qui in religionis ha-
bitu, & proposito degunt perfectionis, quos terribili-
lis illa Propheta sententia comprehendit videtur:
Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea.] Nempe sinistri custodia lateris tota sol-
licitudine incubantes, calente admodum, sed sapien-
tia huius sæculi, cui abrenunciasse debuerant; ea quo-
que nihilominus, quam reuelat caro & sanguis, qui-
bus iuxta Apostolum noluisse acquiescere videban-
tur. Denique videores eos tam audie lucra captare præ-
sentia, tam sæculariter transitoris utilitatibus ad-
gaudere, ad terrenarum damna vel minima facultatum
tam pusillanimiter turbari, tam carnaliter super
his decertare, discurrere tam imprudenter, tam irre-
ligiosè sæcularibus se se implicate negotiis, ac si hoc
esset tota eorum portio, hæc vniuersa substantia. At-
tentius sane agricola pauperem excusat fundum, sed
cui forte nulla amplior, pretiosior sit possesso. Bu-
cellam panis in luna suo mendicus abscondit, quod in saccellis suis solum hoc metalli genus eriginet.
Tu quid ita extrema huic paupertati, & quidem pro-
prij male prodigus laboris incumbis? Est & alia tibi
possesso, etiæ forte remora. Erras. Nihil tam prope
nos, quæ quod intra nos est. At forte non quidem
longius positam, sed inutilem esse caufari, vt hic tibi
querendam magis sufficientem putes. Falleris, ibi ma-
gis inuenies imo non inuenies, nisi ibi. An vero æsti-
mas, quod vel operam tuam non exigat, vel minus
respondeat operanti? Aut certè in tuto credis esse
locatam, nec villa deinceps sollicitudine custodis ege-
re? Quodlibet horum sapias, scito quod despicias ve-
hementer. Ibi enim quæ maximè, quæ seminaverit
homo, hæc & metet.] Sed & qui parçè seminat, parçè
& metet, qui vero in benedictionibus seminaverit, de
benedictionibus & metet,] vt faciat unum tricen-
tum, unum sexagesimum, unum centesimum.] Ha-
bes autem thesaurum istum in valis fistilibus, si ta-
men adhuc habes. Puto enim iam amissi, puto iam
sublati est, puto iam considerunt alieni cobituum,
& ignorasti, nec potes thesauro tuo cor appone-
re, quippe qui thesaurum ipsum non habeas. Alio-
quin quælo te, si tam sollicitus es, si nec minima
spenis, si tam prudenter seruas paleas tuas, etiam
horreum tuum seruare memento, & custodire. Imò
vero non exponas thesaurum tuum, qui sic incu-
bas sterquilinio tuo. Forte enim illud tibi inui-
dent mille, sed istum obsident decem millia, nec
minus super abundantes astutia, & crudelitate,

Bern. fr.
7. in P.
Qui habet
rat.

Ps. 136.

Galat. 1.

1. Cor. 2.

Galat. 6.

Matt. 13.

quam numero. Cadent, inquit, à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis.] Verte illuc oculos dei, forte enim iam ruperunt aditus, forte iam libere diripiunt omnia, forte iam spolia ipsa distribuant. Quid sinistro lateri tam male studiosus obseruator imberes, nisi quod non in latere iam tibi esse, sed in facie sinistra videntur, quod hæc prouideas in con-spectu tuo semper, & qui tangit hoc, non latus tergilisse videtur, sed pupillam oculi tui? Cæterum iam nunc tibi prouide, quisquis es, dextri negligens, sinistri lateris cultor, ne cum hadis locū accipias in sinistra, quam elegisti. Alperum verbum est, fratres, non immerito expavistis. At cauere non minus necesse est, quam pauere. Hæc tenus Bernardus. Qui his verbis non solum tepidam vitam nostram taxat, & immo-deratam adhesionem ad res terrenas damnat, sed etiam ad cautelam & timorem hortatur. Timeamus ruinam miserabilem, quia que statu altiores sumus, eo, si cadimus, periculosis feriemur. Cadere autem est, terrena, quæ deseruimus, resumere, contempta di-ligere, & in furore spiritus intepescere. Cauemus etiam ab his; quæ possunt spiritum nostrum ad su-perna tendentem illicere. Et hæc quidem sunt, quæ speciem externam boni carnalibus oculis præferunt, quæ splendent, que delectant, quæ ornant, quæ carni placent, & sensibus blandiuntur. Fugiamus ista, quæ si solum ligarent nos, adhuc extreum non esset malum, at vincetos post se trahunt, & è vita spirituali in carnalem præcipitant; & tandem in barathrum de-trudunt. Quid autem calamitosius, quam virum religiosum à sæculi compedibus exolutum, & non ad quodcumque genus vita, sed ad vitam perfectam vocatum, pro gloria ignominiam, pro vita mortem, & pro æternâ salute sibi damnationem parare?

At multa sunt hæc, quæ nos temorantur, fortia, quæ illiciunt, affuta, quæ impediunt. Fatoe, sed quæ ad cursum spiritualem inuitant, & ad perfectionem instigant, sunt sine vila comparatione fortiora. Putamus tepidi, & ipso tempore decepti, quia vires no-bis non suppetunt, quibus aut arcem perfectionis capiamus, aut tot hostibus iter impedientibus relu-temur. Dicimus nobismeti ipsi, vt nostram igna-uum consolemur, verba illa Salvatoris: Quis rex iuris cõmittere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longè agente legationem mit-tens rogat ea, quæ pacis sunt.] Et sic dum bonum legimus, & malè intelligimus, & peius interpretamur, miseræ & carnali vita nostra aliquod prætextum de-fensionis inquirimus. Sedemus igitur, in dñe & iacemus in sterquilino imperfectionum nostrorum, & in cœ-no scetidissimo sordida procubimus. Ita cogitamus, an cum minori virtutum numero, possimus tot viris occurrere, tot hostibus resistere, tot prauos affectus superare. Non omnino miserum esset, si hæc cogita-remus, quia forte inter cogitandum lux diuina nobis affulgeret, & tenebras ignorantia dispelleret. Sed cogitamus inania, euoluumus ambitione, imaginamur impura, quarum ista posteriora nos fecundant, media inflant, priora cruentant. At si aliquando mens no-stra de bello cogitat, & seipsum de virtutum ac vitio-rum conflietu sollicitat, quare non cogitat, quia una virtus multis est virtus fortior, una bona voluntas multis affectibus pranis superior, una gratia innumeris aduersariis robustior? Si vero mens humana tam crassa est, & ignara, vt nulla facta comparatione vi-rium, solum numerum cogitet, & solam multitudinem pro se, aut aduersus se pugnarem aduertat, qua-re non cogitat, quoniam Deus, omnia creata, Angeli

A & homines, cœlestia & terrestria, visibilia, & inuisibilia eam aduersus vitia pugnantem iuvant, eam cingunt atque defendunt. Ideo inquit sapientia de iustis loquens, Accipiet regnum decoris, & diadem a spe-ciei de manu Domini; quoniam dextera, sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum, sumet scutum inexpugnabile æquitatem: acut autem duram iram in lanceam, & pugnat cum illo orbis terrarū contra insensatos:] Cogita nunc, ô frater tepide, qui ad excusandas excusationes in peccatis Scripturā legisti, an possis cum centum milibus, in dñe cum infinitis milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus ve-nit ad te? An tu non poteris accipere regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini? An non poteris perfectionem consequi, qua in teipso regnes, & in perpetuum victor coroneris, quam pueri & pueræ consequi potuerunt, & victis hostibus ad sanctitatem properarunt? Sed esto, quod tu non potes, an Deus in te non poterit hostes tuos vincere, affectus cohibete, lacertos robotare, pedes dissoluere, vt cur-ras, & pugnes, & vincas, & victoriā de teipso re-pores? An omnis creatura Dei fortitudine armata, qua pro te contra insensatos, id est, contra vitia, pugnat (dum Angeli et circumdant, & homines te hu-ius vita miseras suis afflictionibus edocent, & reliqua res sua pulchritudine & utilitate, & suavitate in suum creatorem amandant) non poterit te ad expu-gnandam perfectionem, & ad superandas vitiosas consuetudines adiuvare? Satis degeneris animi es, si tantis præsidii suffulsi, non vales cum hostibus ligatis configere, & cum aduersariis non existenti-bus, manus conferere. Dæmones enim hostes ligati sunt, quos Christus sua morte ligavit, & ne nisi lolo latratu nobis nocerent, suis doloribus compediuit. Et peccata sunt velut aduersarij non existentes, quia eorum esse, est non esse, dum invertit, aut bonitatis priuatione consistunt. In dñe & satis blasphemus eris, si audies in Deum os apponere, & tecum ipse cogi-tare, quia Dei potentia adiutus, non poteris mentem tuam in fastigium perfectionis attollere. Ne ergo hanc tibi ipsi maculam inuras, considera te esse unum ex Elephantibus, quorum dentes mylico Salomonii, id est, Christo, in libro Regum oblati sunt. Si enim isti, vt putat Eucherius, magnos peccatores designat, quem maiore peccatorum putare debes te, qui inul-tum peccasti, & parum de peccatis doluisti, & perficita fronte vitam tuam quasi secundum externam speciem solum emendasti. Ad diligentiam ergo non hominis, sed Christi Redemptoris tui, & de eius im-perium mansuece: ac præceptis tui liberatoris ob-tempora, vt te armis cœlestibus armet, & ad præ-lium contra inuisibiles hostes erudit. Admitte supra-te, ad modum illorum elephantorum, quorum si men-tio in Machabæis, turris legis Euangelica lignea, machinis præceptorum, & consistorum in-structam, & virtutibus tamquam viris bellatoribus communiam, qua in hostes irruas, & ipsorum do-los, & conatus euertas. Si autem adhuc in te iram, & indignationem ad pugnandum non sentis, inspi-ce sanguinem tua, aut racemi illius, quem explo-ratores terra promissa in vecte deportarunt (& vt Ambrosius ait, significat Christum Iesum) cuius aspectu ad prælum ineundum exciteris.] Sic dentes tui pacifico regi ad ornatum offerunt, & meditatio tua his dentibus designata, vt Origenes putat, qua mysteria cœlestia communius, non arida & inu-tillis erit, sed dum affectus & desideria excitat, &

3. Reg. 10.
Euch. li.
1. formula
spiritualium.

1. Macha.
6.

Num. 13.
Ambr. 1.
de fide e.
9.

opera actusque componit, tuæ mentis ornatus defervet.

Facilis ergo nobis est ad perfectionem, & virtutem primitatem accessus, quia semper se maximam, & primo aspectu inaccessibilem, non viribus humanis assequimur, sed Spiritus sancti afflatus ad illam impellimus, & efficacissimis Dei auxiliis; & omnium creaturarum (ut ita dicam) monitis, ad eam capessendam adiuuamus. Nec parum hanc facilitatem aperit virtutum; ac verae virtutis facies, quæ fœsi oculis nostris obiciunt, & virtutis monita, quibus nos sui sequelam persuaderi nituntur. Si enim id amamus, quod sub specie boni & pulchri nobis proponitur, si illi credimus, cuius auctoritate, aut fuatione conuincentur, non nondicat facillimum esse virtutem diligere, & eius preceptis obedire, & difficillimum (si sensus noster integer esset) virtutem diligere, & eorum iussis obtemperare? Perfecta virtus clara est, virtutum obscurum, & tenebrum; virtus pulchra, virtutum fœdem, & execrabilis: virtus honesta, virtutum in honestum, & turpe: illius facies ita pura, & illibata est, ut oculos bonorum & malorum capiat, istius adeò impura & maculosa, ut numquam nuda appareat, sed quantum potest, virtutis ipsius tegumento tamquam fūco, se contegat. Et ideo Hierouymus ait: Venena non dantur, nisi melle circumlita, & vita non decipiunt, nisi sub specie vimbāque virtutum. Igitur facilius est virtutem, & animi puritatem colere, quam virtutis enormibus & horrendis, aut larvis deformibus adhærere. At quibus verbis virtutum, & quibus vera virtus nos ad suis sequelam hortatur? Certè illius verba puerilia sunt, quæ solos stultos, & sensibus pueros, decipient, tamquam in sola impura voluptate fundata: istius grāvia & prudentia, quæ, quod quis sapientior est, ed ipsum efficacius conuincent, velut æterna & certissima veritatis subixa. Hinc hominem virtus ait Prosper, admonet sua salatis, & vocat: inde confuetudo virtutis discedere à se volentem temeratur, & paulisper à se auerso, nec ad virtutem plenè cōuerso visitat voluptatis admonitione blanditur: & omnes illecebras, quibus olim perditæ fruebatur, ostendit. Turpia quoque desideria, quibus vinciat, immittit, ac iam penè fastidient blandum nescio quid molliter insulsurat: & supplicat, ne præponat mollibus dura, lœtis tristitia, certis dubia, præsenz voluptrati futura. Cogite: quam paucæ sit, arque difficile dulcibus catere deliciis, illecebras renunciare carnalibus, abstinentia iūhis grauari laboribus, ieiuniorum, ac vigiliatum cōtinuatione torqueri, certa carnis afflictione præmium dubia remunerationis ambite, contra Diabolum decipiendi peritum resistendo arma corrīpere, insidias eius, ac fraudes vigilantis animi cautione vitare, quam denique miserum sit, enormitate tantæ asperitatis euictum, ac Diabolica fraude deceptum, ad repudiatæ redire, voluptatibus, quas abicerat, fui, & omnibus, quæ incœtae laboriosum suscipiendo propostum contempserat, delectari. His & talibus virtutis consuetudo, dubium sancta definitionis affligit. Virtus contra morantem confidenter obiurgat, ad delectationes puras, castasque delicias, quibus fruuntur, omnes sui amatores inuitat: offert nudo iustitia vestimentum, illuminat suū apparatus demonstrat ornatum, diffidenti de protectionis sua promittit auxilium: hortatur, & prouocat, ut definitio ambiguitate deposita, prōpositum spirituale suscipiat: perfeueraturum se in suscepto labore propositi sui, non sua possibilitate, sed Domini miseratione confidat: nec suis viribus, sed gratia omnipotentis fratris auxiliis, contra Diabolicas impugnations

A viætricia arma corripiat. Cogite quanti, & quanta portuerunt, & posse, quod se posse desperat: unde illi, vel illæ potuerunt, inde se posse firmiter credat: certa spe spiritualia carnalibus, & terrenis coelestia, & futura præsentibus anteponat.] O quam dissimilia verba, quam diuersa monita, quam distantes exhortationes, virtutum, & virtutis instillant! quam stulta illæ, quam prudentes istæ aures nostras pulsant, cor prouocant, mente inuitant. Illæ solam puerilem voluptatem, & segnitiem, & diffidentiam obuoluunt, haec certissima animæ bona fortitudine ad ea conseqienda, & diuinæ benignitatis auxilia prætendunt. Vitij verba astutæ, & leuitatis amica, sub magna vocum serie nihil aliud, quam venenum celant iniquitatis, sermones vero virtutis modestia, & grauitatis pleni sub breui oratione mēpita comprehendunt salutis. At si ipsa paulisper habitum tantæ humilitatis deponeret, & seipsum non ad vanitatem, sed ad veritatem, & salutem nostram ostentaret, quæ verba tam grauia, tam efficacia, tam potentia ad nos coniuvendos proferret?

PROPH. 8.

Ego sapientia, diceret, habito in consilio, & cruditis intersum cogitationibus.] Ego præsum, & quidem eximium, quo homines mortales ad immortalitatem perueniunt. Ego gemma pura, & splendida, qua animæ sanctæ exornantur. Ego thesaurus, cuius possessione omnes Angeli, & sancti dilescunt. Ego altitudo, ex qua tum coelestia tum terrestria conspicunt, & quale vnuquodque sit manifeste cognoscunt. Ego claritas a sole iustitia ad mortales delaplora, ciuitas Regis magni, & imago pulcherrima regni celorum. Per me homines antea inimici, se in Dei amicitiam ac familiaritatem insinuant, & animæ sanctæ ad filiarum, & sponsarum Dei dignitatem ascendunt, & felicitatem omnem huic mortali vita cognatam acquirunt. Ego inter vniuersa Dei opera eudenter emineo, cuius possessionem solis charissimis scio esse concessam, qua templum Dei sicut, & omnis fecunditas impuritatem abiciant. Mecum sunt diuinitas, gloria, puræ deliciae, & iustitia.] Melior est fructus meus & vitiorum auro, & lapide pretioso, & gemina mea argento electo.] Ego mater pulchritudinis & pacis, qui me habentes securos facio, & me diligentes in incredibilē libertatem adduco. In me inueniunt cogitatio sancta, concupiscentia pura, & ex Dei prouidentia fiducia firmissima. Ego cupientes me, illumino, quærentes inflammo, sectantes libero, possidentes roboro, & in ipsis omnem iniquitatem consumio. In me omnis gratia vita, & veritatis,] ut misericordia omnipotens exaudiatur; in me omne donum, omnis honor, & omnis inimici vitoria: in me omnis spes vita & virtutis. Transtite ad me omnes qui concupiscunt me, & à generationibus meis adimplemini, quia spiritus meus super mel dulcis, qui nec in ipsa morte amarescit, & hæreditas mea, quam amici mei habeo præparatam, super mel & fauum. Memoria mea in generationes saeculorum, quam nulla inuidentia malevolorum fecundavit, nulla peruersitas iniquorum imminuerit, nulla temporis duratio delebit. I nunc piger, & tepid religiose, i nunc luce sub habitu ouis aude deprudator, posside commodity, cumula supelle etilia, ambi honores, dilata tui nominis phylacteria, semper egenus eris, semper pusillus, & numquam tranquillitatem obtinebis. I nunc otiositatis amator, conseru manus, aut absconde eas sub aseolla, nūquam leuius peccatis abstineas, numquam tuam iram, & ambitionem, & prauos affectus cohibeas, numquam dæmoni humilitatis & obedientiae armis relucteris: obliuiscere pislina exercitia orationis, distractioni te trade, vanis colloquiis

PROPH. 8.

Eccles. 24.

deinde confuetudo virtutis discedere à se volentem temeratur, & paulisper à se auerso, nec ad virtutem plenè cōuerso visitat voluptatis admonitione blanditur: & omnes illecebras, quas abicerat, fui, & omnibus, quæ incœtae laboriosum suscipiendo propostum contempserat, delectari. His & talibus virtutis consuetudo, dubium sancta definitionis affligit. Virtus contra morantem confidenter obiurgat, ad delectationes puras, castasque delicias, quibus fruuntur, omnes sui amatores inuitat: offert nudo iustitia vestimentum, illuminat suū apparatus demonstrat ornatum, diffidenti de protectionis sua promittit auxilium: hortatur, & prouocat, ut definitio ambiguitate deposita, prōpositum spirituale suscipiat: perfeueraturum se in suscepto labore propositi sui, non sua possibilitate, sed Domini miseratione confidat: nec suis viribus, sed gratia omnipotentis fratris auxiliis, contra Diabolicas impugnations

T 4 in fine,

infeste, & negotiis sacerdotibus mērem tuam sub prætextu pietatis implica. Scito tamen, quod animam tuam pericolo damnationis exponis, quæ ex partis ad magna ruit, & ex ista mendicitate ad extremam paupertatem venit; aut quod certissimum est, semper eris fratribus scandalus, Præclaris oneri, tibi ipsi amentudini, & numquam perfectionem consequeris. Ecce Domine, vt dixit Seraphicus docto[r] tuus, pulchrum depinx[i] hominem pector fœdus, & infinitis imperfectionibus, & mitteris plenus perfectionem descripsi, sanctitatem, vt portui, delineau[i], & spon-

Bonu[m].
ip[er] cubi di-
sciplin, ad
finem.

A sam diu desideratam, numquam tamen à me habitam laudibus satis exilibus extuli; da iam, si forte hæc particula mēræ opellæ desiderio tūræ gloria elaborata tibi placuit, huius laboris præmium, apud quem non moratur opus mercenarij usque mane, vt consilium tepidorum longè sit à me, vt eorum scilicet vitæ [in]cipiam fugere, & ipsorum mores declinare. Da, vt perfectos, quos certissimè amo, & veneror, desideriis sequar, operibus prosequar, & post eorum aliquam imitationem, te mercedem meam, & præmium meum desideratum accipiam. Amen.

Leui. 19

ORATIO AD POSTVLAN- dam perfectionem.

DEUS meus, & omnia, omnis perfectionis fons, ac sanctitatis origo, qui nos tui similes, sanctos nempe, atque perfectos fieri voluisti, & ore v-nigeniti Filij tui, ac sanctorum magistrorum ad perfectionem induxisti ille verbi: Estote perfecti, sicut & pater vester cœlestis perfectus est:] & ne difficultatem aut impedimenta sæculi causaremur, à laqueis sæculi eripiusti, & ad statum perfectionis, & scholam omnis sanctitatis vocasti, expande sinus benignitatis tue, & manus liberales aperi, vt in nos perfectio se demittat, & larga omnium virtutum benedictio descendat. Aufer, Domine suauissime, omnes iniurias nostras: dele fœditates nostras, ne aliquid sit in nobis, quod profecitioni obstat, quod puritati contradicat, quod aduentum in nos magnæ cuiusdam sanctitatis impedit. Sic autem purificatos donis tuis comple, beneficiis cumula, sanctis desideriis excita, & fero re spiritus reple, vt nunc dignum sanctitatis receptaculum, & post hanc vitam gloriam tuæ, ac tui ipsius habitaculum effici mereamur. Amen.



D'E